



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XXIX. De Parochijs & alienis Parochianis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. VIII.

Quam pœnam incurrant, sepelientes eos, qui iure prohibentur sepeliri in loco sacro; vel qui prohibitis & illicitis modis inducunt aliquem ad eligendam sepulturam in suis Ecclesijs.

Qui interdicti tempore, in casibus non permittis, defunctos, scienter in loco sacro sepeliunt, vel qui taliter præsumunt sepelire, aut mandant, vel procurant, publicè scilicet, excommunicatos (denuntiatos aut vitandos) vel no-

minatim interdictos, vel usurarios nifestos, ipso facto sunt excommunicati. Cetero quòd videantur graviter delinquentes si voluntariè, scienter, & sponte propria temeritate ducti hoc faciant in contemptum clavium non absolventur hac excommunicatione, nisi prius ad arbitrium Episcopi Diocesani, eorum quibus injuria fuit irrogata, competentem satisfactionem fecerint, prout statuitur in *Clement. eos, qui. l. h. 1.*

Ad secundum quæsitum supra præponsum §. 2. h. 2.

TITVLVS XXIX.

DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

I.

Quæ sit & dicatur Parochia, & qua requirantur ad constituendam Ecclesiam parochialem, & in quibus illius iura consistant?

Parochia nonnunquam latè, & improprie pro certa alicujus Diocesis Ecclesia, quæ habet populum, certis limitibus distinctum, ejus populi curam habeat Rector, vel Presbyter illius Ecclesie, in ordine ad Sacramenta administranda: & hinc ad constituendam Ecclesiam Parochialem communiter tria requiruntur, fons baptismalis, jus sepeliendi, & cura fori pœnitentialis; po-

restas scilicet ligandi & solvendi in conscientia, ac alia Sacramenta ad hanc Ecclesiam populo ministranda. Quamvis horum aliqua alijs etiam Ecclesijs non parochialibus, competere possint, ex speciali privilegio, aut consuetudine, raro tamen hæc competunt uni eidemque Ecclesie competenti sit Ecclesia Parochialis.

Jura autem parochialia in his parochiis consistunt 1. quòd in illa Ecclesia Parochiali parochiani de jure communiter baptismum, & alia Sacramenta percipere debeant: 2. quòd de eorum rebus divinam ibidem audire debeant, nullo privilegio, aut jura de causis, ex recepta consuetudine excusentur.

aut alij ex privilegio, vel concessione &c. non possint hæc talia ministrare, prout plurimis concessa facultas hæc est. 3. quod nuptiæ in Ecclesia illa solemniter celebrantur, & nubentes benedicantur. 4. Quod in illa Ecclesia, aut ejus coemeterio sepeliantur mortui regulariter, prout ex dictis jam patet. 5. Denique quod decimæ, oblationes, & primitiæ, illi solvantur &c. in quibus tamen omnibus attendenda consuetudo, specialia privilegia, & singulares concessiones &c.

§. II.

An fines Parochiarum præscribi possint?

R Esp. negativè, ita ut nec limites, quæ tales, parochiarum, nec quæ finibus cohærent, unquam præscribi possint. c. super eo 4. h. 2. dummodo constet de finibus talibus, quod legitimâ auctoritate constituti sint, ut ne scilicet perpetuis mutationibus, & perturbationibus consequentibus locus, detur: & quamvis Episcopus v. g. Ecclesiam aliquam intra alterius Diocesim præscri-

bere possit, ut suæ jam jurisdictioni subiecta sit, si tamen hæc sit constituta ad designandos fines illius Diocesis, aut cohæreat finibus talibus, præscribi non potest, quia in illo casu non confunduntur termini, sicuti confunderentur in posteriore casu.

§. III.

Quomodo dividendus sit Episcopus inter Episcopum lapsum in hæresim, sed reversum ad fidem, & ex dispensatione receptum, ac inter Episcopum eidem substitutum?

Videatur de hac raræ praxis speciali quaestione c. si Episcopus h. 2. uti & de illis. quæ in §. 4. subsequente per duo capitula explicantur, c. nullus 3. & c. significavit. §. h. 2. cum nihil peculiare contineant, quod non satis constet ex alibi dictis.

